



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Instructio Practica ...**

Unà cum Rubricis ejusdem Missæ brevibus Notis illustratis

De SS. Missae Sacrificio Juxta Ritum Romanæ Ecclesiæ offerendo - Unà  
cum Rubricis ejusdem Missæ brevibus Notis illustratis

**Lohner, Tobias**

**Dilingæ, 1676**

Tit. XXVII. De Purificatione & Ablutione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48307](#)

*in ipsa Missa observandis.*

69

Nens, post finitam Confessionem *Misereatur & Indulgentiam* dicit, Subdiacono à tergo ipsius etiam stante.

III. Dicto à Celebrante *Indulgentiam* Diaconus respondet *Amen*, & mox vadit ad dextram, sicut Subdiaconus ad sinistram Celebrantis, factaque genuflexione Ciborium appetit, & coram Celebrante ponit, móxque facta iterum genuflexione mutat locum cum Subdiacono, & accepta secum Patenā ( si ejus sit usus futurus sub Communione ) ad dexteram Celebrantis se sistit, & dum Celebrans alios communicat, Patenam mento supponit, si ita consuetudo, ferat: alioqui enim Gavantus l.c. ait, hanc Cæremoniā utpote Episcopo tantum convenientem non usurpandam esse.

IV. Etsi verò Rubrica dicat, ablutionem Clericis à Diacono dandam, hoc tamen passim non observatur, sed ea ab Acolythis datur, ut Diaconus Celebranti assistere possit.

V. Finita Communione, Diaconus cooperit Ciborium, illudque in loco constituto cum genuflexione ante & post facta reponit. Postea ad sinistram Celebrantis reddit, eique de libro ministrat.

## TITULUS XXVII.

### DE PURIFICATIONE ET ABLUTIONE.

#### Ritus Communis.

I. Purificationem distingui ab Ablutione rectè notat Tam-  
bur. l. 3. c. 9. apud & cum P. Gobat n. 852. quia Purifi-  
catione ad Calicis & Celebrantis elutionem spectat, atque adeo  
absque peccato non potest fieri per solam aquam ( nisi in ca-  
su, quo tam parùm vini adesset, ut sufficeret pro sola conse-  
cratione ) cùm Rubrica expressè dicat: *Infundit parùm vini,*  
quo se purificat: *Ablutio* verò ad digitorum ablutionem per-  
tinet, & juxta Rubricas vino simul & aquâ facienda est; sic  
enim illæ loquuntur tit. 10. n. 5. *Super Altare porrigit ( Ce-*  
*lebrans ) Calicem Ministro, quo vinum fundente se purificat:*  
*deinde vino & aquâ abluit pollices & indices.* Unde licet infrà  
en, in ordine Missæ Rubrica simpliciter dicat abluendos digitos,  
Evan, non exprimens, quòd aquâ & vino fieri debeat; & inde Neo-  
consistericus quidam Theologus contendat sine piaculo aquam in  
Instruct. I.

E

digi-



digitorum ablutione omitti posse; hæc tamen posterior Rubrica per priorem explicanda est; atque adeò, sicut citatus Author asserit in prima infusione vini & aquæ in Calicem aquam omitti non posse, eò quod Rubrica clarè præcipiat, vinum & aquam infundi; ita cùm pari modo eadem Rubrica cit. tit. 10. expressè dicat, ablutionem digitorum vino aquâ faciendam esse, meritò quoque negatur, aquæ affusionem pro libitu Celebrantis omitti posse.

II. Dum Purificationem & Ablutionem sumit, si non infudit quantitatem æqualem speciebus, saltem circumagat vinum in Calice; neque extra Altare demittat Calicem ( nisi Ministri parva statura id exigat) neque ad infusionem pro purificatione digitis labia Calicis, aut oris sui detergat, ( id quod aliqui imperitè faciunt, cùm pollicem & indicem ut pote adhuc conjunctos ante ablutionem nunquam disjungere oporteat, nisi cùm sacra Hostia tangenda est) neque digitos lambat, uti Gavant. p. 2. tit. 10. litt. Y. ex literis Pij Vifieri non debere ostendit, ubi etiam addit, Ablutionem per eandem viam, quâ haustus est Sanguis, sumendam esse, & pro Sanguine quidem sumendo Calicem non sàpiùs quâm ter pro Purificatione verò & Ablutione non sàpiùs quâm bis (in singulis) ori admovendum esse.

### TITULUS XXVIII.

### DE COMMUNIONE ET POST- COMMUNIONE.

#### Ritus Communis.

I. **D**icuntur semper Communio & Postcommunio, excepto Sabbato sancto, ubi Vesperæ illarum loco cantantur.

II. Peractâ Communione propriâ & Populi, si opus fit Calicem ita vestit, & in Altari collocat, ut in anteriori partotus tegatur, bursæque pars aperta ipsum Celebrantem respiciat, uti ab initio Missæ factum est, eò quod hæc dispositio non careat suo mysterio; nam sicut ad Offertorium volum removetur à Calice, ut Calix videatur à Populo, qui tunc manifestè Passio Christi repræsentatur; ita finitâ hujus repræsentatione rursus velandus est Calix, ne videatur, sic

an

